

habita prius navigia, et invadunt alios fugientes. Audiens vero marchio quod omnia barbacana essent a Saracenis repleta, illo properat, portas civitatis aperit et obviam illis processit: continuoque Saraceni expulsi sunt: et ultra mille aut vulneribus aut praecipitio perierunt. Videns autem Saladinus se terra marique superatum indoluit: obsidionem ultra prohibuit: in vespera galeas suas et machinas igne combussit indeque recessit.

Cap. IX. Continet qualiter civitates Tripolitana et Antiochena cum quibusdam fortilitiis a Saladini impetu praeservata sunt.

Post haec Saladinus non segnis nec piger usque Tripolim pertransit Videns Saladinus civium multitudinem paratam discessit . . . Pergens versus Antiochiam . . Tortosam civitatem obsedit . . . Videns autem quia circa Tortosam nihil proficeret, . . . coepit Valaniam . . . Gibel . . et infra trium mensium spatium totum Antiochenum obtinuit principatum, excepto castro inexpugnabili domini patriarchae quod Cursarium dicitur et civitate Antiochiae: a qua recepta multa pecunia a domino patriarcha, recessit ad tempus, sperans quia circumquaque munitionibus occupatis civitas diu perdurare non posset. Subiecit itaque suae dominationi in principatu Antiocheno civitates et oppida 25 et ultra.

Man erkennt leicht, auch ohne dass ich das letzte Capitel der Bongarsischen Redaction hier ganz wiedergebe, die Differenzen zwischen Sanuto I und Sanuto II. Während dort — abgesehen davon, dass von dem Edelmuth Saladins gar nicht die Rede ist — Saladin erst nach seinem Zuge gegen Tripolis und durch das Fürstenthum Antiochia vor Tyrus Halt macht, wird in Sanuto II das Umgekehrte berichtet. Auch schweigt Sanuto I ganz von der in Sanuto II erzählten List des Markgrafen von Montferrat. — Hören wir nun die dritte Redaction des Paulinus:

Cod. Vatic. 1960 fol. 241^b (cap. 28, pars 11): Post hec (d. i. nach der Einnahme Ierusalem) redemptis multis et iuxta conductum eis dato securo conducto uxores atque filie Ierosolimitanorum militum, qui in bello capti fuerant, ad Saladini usque presentiam admissee ediderunt lugubre eiulatum. Inquisita causa respondent se amissee viros sibi possessiones sublatas; petebant proinde ad aliquid misericorditer restaurari. Ille pietate motus eis qui superessent captione (?) reddi puellis ex thesauris suis dari iussit secundum quod cuiusque conditio exigebat; easque secundum principatus sui magnificentiam blande consolatus est. At postquam Tripolim pervenerunt, christianos crudeliores Saracenis experiuntur. Nam execrabilis comes Tripolitanus cum satellitibus suis, quicquid eis infideles dimiserant, abstulerunt. Deinde Saladinus Ascalonam hoc pacto per deditionem accepit, ut regem, magistrum Templi et